Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

Et dimissa turba ascendit in montem solus orare. Vespe
aut facto solus erat ibi. Navicula autem in medio maris iacta
bat fluctibus. Erat autem contrarius ventus. Quarta autem vigilia
noctis venit ad eos ambulans super mare. Et videntes
eum super mare ambulantem turbati sunt dicentes quia
fantasma est. Et pre timore clamaverunt. Statim que ihs locutus
est eis dicens; habete fiduciam. Ego sum nolite timere. Re
spondens autem petrus dixit. Domine si tu es iube me venire
ad te super aquas. At ipse ait. Veni. Et descendens petrus
de navicula ambulabat super aquam. ut veniret ad ihsm. Vi
dens autem ventum validum timuit. Et cum cepisset mergi
clamavit dicens. Domine saluum me fac. Et continuo ihs ex
tendens manum apprehendit eum & ait illi. O modice fidei quare
dubitasti. Et cum ascendisset in naviculam. cessavit ventus.
Qui autem in navicula erant venerunt & adorauerunt dicentes.
Vere filius dei es — In nat. vii. feria. t. sapientie.

Mulierem fortem quis inveniet. Procul & de ultimis finibus pretium eius. Confidit in ea cor viri sui. & spo
lia non indigebit. Reddet ei bonum & non malum omnibus di
ebus vite suae. Quesivit lanam & linum. et operata est consilio ma
nuum suarum. facta est quasi navis institoris. de longe portans
panem suum. De nocte surrexit. dedit escas domesticis suis.
& cibaria ancillis suis. Consideravit agrum et emit eum.
de fructu manuum suarum. plantavit vineam. Accinxit fortitudi
ne lumbos suos. & roboravit brachium suum. Gustavit & vi
dit. quia bona est negociatio eius. non extinguetur in nocte lucer
na eius. Manum aperuit inopi. & palmas suas extendit
ad pauperem. Non timebit domui suae a frigoribus nivis.